ſed & dm̄. quem in admiſſa fraude. carnaliſ dn̄i contempſit. ⁜
Seruuſ aut̄ xp̄i; quod dignitatiſ ē nomen. Domini quod iuſ
tum ē & aequum. ſeruiſ prebete; ſcienteſ quod & uoſ
habetiſ dn̄m in caeliſ. Ne domini temporaleſ ſuperbia
extollantur. preſumenteſ de dominatu mitigat; & cohi
bet animoſ illorum; ut adhibita conſideratione humani ge
neriſ; animaduertant auctorem dm̄. Non ſeruoſ & liberoſ.
ſed om̄ſ ingenuoſ condidiſſe. Sed hoc mundi iniquitate
factū ē. Ut dum alter alteriuſ fineſ inuadit; dum captiuoſ
ducit ingenuoſ. Unde & manu capti dicti ſunt a ueteribuſ;
inde mancipia. hic caſuſ. & conditio. & iam nunc apparet.
Alii redimuntur. alii remanent ſerui. Apud dm̄ autem. hic ſer
uuſ habetur. qui peccauerit. Deniq. peccati cauſa. cham
ſeruuſ audiuit. Cui ſententiae ueteres adſenſere. Ita ut de
finirent. om̄ſ prudenteſ eē liberoſ. ſtultoſ aut̄ om̄ſ eē ſeruoſ.
Quia prudenſ abſtinet a peccatiſ; ut hic ingenuuſ ſit; qui recta
ſequitur. Seruuſ aut̄ qui per ſtultitiae inprudentiam ſub
icit ſe peccato. Unde & cham propter ſtultitiam; quia riſit
nuditatem patriſ ſtulte ſeruuſ ē appellatuſ. Oſtendit
ergo dominiſ; quia non uere ſunt domini. Sed quaſi per
imaginē. Corporum enim; non animorum ſunt domini.
Soluſ enim dn̄ſ; & auctor rerum; Inuiſibiliſ dſ. tam corpori
buſ; quam animiſ dominatur. Ut haec conſideranteſ;
iuſta ab eiſ; exigant ſeruitia. Talia utiq. qualia & a ſe
exigi uolunt a dn̄o communi. Nam cum ipſi non ut dig
num ē dō. ſeruiant; quem non negant omnium poteſtate

⁜ Si aūt bene egerit non erit apud dm̄ ſeruuſ hominiſ. quaſi deſpectior. ſed remunerabitur
quaſi liber int̄ homineſ.